



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Antverpiæ, 1605

L. Annæi Senecæ De Providentia, siue Qvare Bonis Viris Mala Accidunt
Cvm Sit Providentia, Liber Vnvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53700)

L. ANNÆI SENECAE^A
DE PROVIDENTIA,

siue

QVARE BONIS VIRIS MALA ACCIDANT
CVM SIT PROVIDENTIA,
LIBER VNVS.

B

ARGVMENTVM ET ORDO.



VREVS hic libellus est, & scriptum post Caligulam video ex Cap. IV. Ego mirimillonem, inquit, sub C. Caesare audiui de raritate munerum querentem. In praeterito loquitur, ac de homine ac tempore, quod fuit. Puto igitur sub Claudio, statim a reditu: imò quid si haec philosophica quaedam in exilio? nam diu ibi haesit, annos circiter octo, & iuste hoc elegerit, sibi solando. Argumentum enim est, Providentiam esse: nec obstare, quod bonis mala quaedam, sed externa, obueniant. Primò igitur vniuersè illam asserit, à mundi motu, ordine, constantia: quae omnia rectorum clamant. Deinde ad Quaesitum proprie, Quare ergo mala bonis? At primò, Deum amare bonos, nec immittere igitur eis mala. Instar parentis enim castigare, & coercere. Deinde, non videri ea mala bonis, nec vinci eis, sed exerceri, & per aspera indurari. Deum velut agonothetam esse, & robustis his athleticis suis delectari. Haec ita communiter, & velut preparans, ad Cap. III. Ab eo magis distinctè quinque rationes, cur eueniant, exsequi pergit. Primò, pro ipsis esse, quibus accidunt: secundò, pro vniuersis: tertio, volentibus euenire: quartò, euenire fato & aeternà lege. Primam rationem tractat Cap. III. IIII. docetque pro ipsis esse, sicut medicina pro aegris. Indurantur etiam sic à Deo, qui se dignos producit in pugnam, alios viliores, in otio & umbrâ habet. Secundam tractat, Cap. V. pro omnibus esse, ut viri boni, sic habitati, clament aliis & ostendant non esse Bona aut Mala, quae vulgus putet. Ad vera igitur illa spectent, & illa petant, haec fugiant. Ibidem tertiam neclit, Volentes excipere: nam praebent se Deo & Fato. Quarta excipit, Fatum esse, & ab aeterno constitutum, quid gaudeas delectaque. Denique repetit, mala haec non esse: & Deum inducit pulcherrimè adhortantem, & ad robur excitantem. Stoicè in fine, Si piget & ferre tædet, quis tenet? patet ianua, exi.

D

CAPVT PRIMVM.



VAESISTI à me, Lucili, quid ita, si Providentiâ mundus ageretur, multa¹ bonis viris acciderent mala? Hoc commodius in² contextu operis redderetur, cum praesentè³ vniuersis providentiam probaremus, & interesse nobis Deum: sed quoniam à toto particulam reuelli placet, & vnâ contradictionem⁴ manente lite integrâ soluere: faciam rem non difficilem, causam decorum agam. Superuacuum est in presentia ostendere, non sine aliquo custode tantum opus stare, nec hunc siderum certum discursum⁵ fortuiti impetus esse, & quæ casus incitat, saepe turbari &⁶ citò arietare: hanc inoffensam velocitatem procedere⁷ aeternæ legis imperio, & tantum rerum terrâ marique gestant.

A gestantem, tantum clarissimorum luminum & ex dispositione lucentium: non esse
 materiae errantis hunc ordinem: neque quae temerè coierunt, tantâ arte pendere, vt
 terrarum grauissimum pondus sedeat immotum, & circa se properantis cœli fugam spe-
 cter; vt infusa vallibus maria¹⁰ molliant terras, nec¹¹ vllum incrementum fluminum
 sentiant; vt ex minimis¹² feminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem quae videntur
 confusa & incerta, pluias dico nubefque, & elisorum fulminum iactus, & incendia ru-
 ptis montium verticibus effusa, tremores labantis soli, & alia quae¹³ tumultuosa pars
 rerum circa terras mouet, sine ratione, quamuis subita sint, accidunt: sed suas & illa caus-
 fas habent non minùs, quam quae alienis locis conspecta miraculo sunt, vt in mediis flu-
 ctibus¹⁴ calentes aquae, &¹⁵ noua insularum in vasto exsiliuntium mari spatia. Iam ve-
 rò si quis obseruauerit nudari litora pelago in se recedente, eademque intra exiguum
 tempus operiri, crederet cœcâ quadam volutatione modò contrahi vndas, & introrsum
 B agi, modò erumpere, & magno cursu repetere sedem suam: cum illae interim portioni-
 bus crescunt, & ad horam ac diem subeunt, ampliores minoresque, prout illas¹⁶ lunare
 sidus elicit, ad cuius arbitrium oceanus exundat. Suo ista tempore referuntur: eò qui-
 dem magis, quòd tu non dubitas de prouidentia, sed quereris. In gratiam te reducam
 cum diis, aduersus optimos optimis. Neque enim natura patitur, vt bona bonis no-
 ceant.

COMMENTARIUS.



AP. I. 1. BONIS VIRIS.] Perpetua querela, non solum quaesito: atque illinc finitio, aut Deum, aut ceriè Prouidentiam non esse. Poeta apud Ciceronem:

Nam si curent, bonis bene sit, malis malè: quod nunc abest.

C Plantus ad Deos:

— nam quid sibi habebunt igitur impij Posthac, si ad hunc modum est innoxius honor Apud vos?

Muliercula in monumento veteri: PROCOPE MANVS LEVO CONTRA DEVM, QVI ME INNOCENTEM SVSTVLIT. Symmachus: Quae custodes bonorum, valetudini tuae medicas applicent manus, ne optimi Senatoris longa vexatio fidem faciat, nihil curare caelestes. Et vbi non dicta aut scripta talia? Vide me Physiol. 1. Dissert. xvi.

2. CONTEXTV OPERIS.] Quod desideramus, siue scorsim de Prouidentia scripsit; siue magno Moralium operi inseruit, vbi à Deo & Prouidentia orsus, transit ad Homines & Virtutes.

3. VNIVERSIS.] Non parti, vt Aristoteles, qui eam calo luna terminauit, cetera casui permisit. Stoici autem contra, vniuersis & singulis eam interuenire: de quo ego in Physiol. 1. Dissert. xi.

4. MANENTE LITE.] Quaestione primariâ, An sit Prouidentia?

5. FORTVITI IMPETVS.] Quod Epicuri delirium. Manilius reiciens,

— Mundum diuino numine verti, Atque ipsum esse Deum: nec FORTE coisse magistrâ,

Vt voluit credi, qui primus moenia mundi Seminibus struxit minimis, inq; illa resoluit.

6. CITO ARIETARE.] Incurrere in se, & impedire.

7. AETERNÆ LEGIS.] Quae Prouidentia est, siue Fatum. Vide Physiol. 1. Dissert. xii.

8. TANTVM RERVM.] Quomodo cursus aut ve-

locitas illa res gestat? puto, quia includit, & siderum calorumq; motu Fata dispensantur. Quae aperta sententia Trismegisti est, non vno loco. & Stoici consentiunt conscribantque. Nos in Physiol. lib. 11. Dissert. xiiii. Tot ergo res gestant, quia includunt, & velut, grauidas sunt, parturiuntq;.

9. MATERIAE ERRANTIS.] Atomorum, vt iam dictus Epicurus voluit.

10. MOLLIANTE TERRAS.] Scabras per se asperasq;. Itaque & mitigat infusus humor, & ligat disfluentes. Vide Physiol. 11. Dissert. xvi.

11. VLLVM INCREMENTVM.] Quia terra venis combibit identidem, atque attrahit. quâ ratione (ait Plinius) manifestum est, quare tot fluminum cottidiano accessu maria non crescant. Adde & Solum educationes.

12. SEMINIBVS.] Frugum, arborumq;. Pauca, sed pulchra & firma Prouidentiae argumenta, si quis adducit.

13. TVMVLTVOSA PARS.] Nam supra quies & constantia, & Pacem summa tenent.

14. CALENTES AQVÆ.] Plinius. 11. Vaporant & in mari ipso calentes aquae, quae Licinij Crassi fuerunt, mediostque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare. Philo Iudeus, De Somniis: Εἰσι γὰρ μυρία πολλά γέροντα πάλαι ἔδωκεν ἐν δὲ ἰσθαί, & κτλ γιν, ἀλλὰ καὶ κτλ θαλασσαν. ἢ δὴ γ' ἐν ἐφάνοισιν φλέβας ἀναμειβύσαι ἐν μέσοις πελάγεσιν, ἀεὶ ἠτοσαί τε ἴσθ' ἐν κύκλῳ πελαγῶν ἀνάχυσται; ἐξ αἰῶνος ἐπι- κλυζουσα, οὐκ ἴχνησε σβέσαι, ἀλλ' ἔδ' ἐπὶ ποσὸν ἀν- εῖναι: Sunt enim mille passim fontes aquam calidam manantes, non in terrâ solum, sed ipso mari. Nunc certè deprehenduntur tales venae in mediis maribus, quas ab aëro fluctu in orbem inundatio non potuit extinguere, imò nec remittere.

15. NOVA INSVLARVM.] Plinium vide 11. cap. lxxxvi. & seq. Linius lib. xxxix. in fine, Senecam Quæst. Nat. vi. cap. xxi.

16. LVNARE SIDVS.] Aliquid noster 111. Quæst. cap. xxviii. plenè Scaliger Exercit. lxi.

17. AMI-

ceant. Inter bonos viros ac Deum ¹⁷ amicitia est, conciliante virtute. amicitiam dico: ¹⁸ imò etiam necessitudo & ¹⁹ similitudo: quoniam quidem bonus ipse ²⁰ tempore tantum à Deo differt, ²¹ discipulus eius, ²² æmulatorque, & ²³ vera progenies: quem parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut feueri patres, durius educat. Itaque cum videris bonos viros acceptosque diis, laborare, sudare, per arduum ascendere, malos autè lasciuire, & voluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestiã delectari, ²⁴ vernularum licentiã: illos disciplinã triftiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de Deo liqueat. bonum virum ²⁵ in deliciis non habet: experitur, indurat, ²⁶ sibi illum parat. **II.** Quare multa bonis viris aduersa eueniunt? nihil accidere bono viro ²⁷ mali potest. Non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum supernè deicctorum imbrium, tanta ²⁸ medicatorum vis fontium, non mutant saporem maris, nec remittunt quidem: ita aduersarum impetus rerum viri fortis non vertit animum. Manet ²⁹ in statu, & quicquid euenit, in ³⁰ suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior: nec hoc dico, ³¹ non sentit illa: sed vincit, & alioquin quietus placidusque, **B** contra incurrentia attollitur. Omnia aduersa, ³² exercitationes putat. Quis autem, vir modò, & erectus ad honesta, non est laboris appetens iusti, & ad ³³ officia cum periculo promptus? cui non industrio otium pœna est? Athletas videmus, quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque configere, & exigere ab his, per quos certamini præparantur, vt totis contra ipsos viribus vrantur. cædi se vexarique patiuntur: & si non inueniunt singulos pares, pluribus simul obiiciuntur. Marcet sine aduersario virtus. tunc apparet quanta sit, quantum valeat, polleatque, cum quid possit, patientiã ostendit. Scias licet, idem viris bonis esse faciendum, vt dura ac difficilia non reformident, nec de fato querantur. quicquid accidit, boni consulant, in bonum vertant. Non quid, sed quemadmodum dum feras, interest. Non vides, quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos, ad studia obeunda maturè, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & interdum lacrimas, excutiunt: at matres fouere in sinu, continere in vmbra volunt; numquam flere, numquam tristari, numquam

17. AMICITIA EST.] Non tamen aequalitas, absit. Sed Christiano etiam sensu amat genus nostrum, & amari potest.

18. NECESSITUDO.] Quidni? cum & progenies eius, vt addit, sumus? Et trahunt quidem ista aliorum Stoici: sed verba etiam nostra sunt, qui pietatem veram sectamur. De sensu illorum vide me Physiol. III. Dissert. VIII.

19. SIMILITUDO.] Imago Dei sumus.

20. TEMPORIS TANTVM.] Alta, imò superba, talia Stoici: de quibus ego Manuduct. lib. III. Dissertat. XIV.

21. DISCIPVLVS.] Vera iterum, & Christiana.

22. ÆMULATORQVE.] Nonne & istud? & aut sumus certe, aut esse debeamus. Sacra nostra: Imitatores eius estote. Nos diffusè Manud. II. Diss. XIX.

23. VERA PROGENIES.] Epictetum hic audi: Si Cæsar te adoptasset, quis supercilium tuum ferret? nunc cum Dei filius sis, non te æstimas & attollis? Certè mi senex sumus: sed adoptione etiam sumus.

24. VERNVLARVM.] Quorum procacitas propria, atque etiam dicacitas. Inde Vernæ procaces. Horatio; Vernaculorum dicta Martialis; Vernilia dicta, & Vernilitas Senecæ ipsi, aliisque. At illud Martialis appositum:

Vrbanus tibi, Cæcili, videris.

Non es crede mihi, quid ergo? verna es.

25. IN DELICIIIS.] Eodem licet ducas nam tales pueri, Deliciæ dicebantur.

26. SIBI ILLVM.] Ipse Deus sibi, & suis oculis. quia magnus ille Editor hoc spectaculo maximè delectatur. Infra, Cap. seq.

CAP. II. 27. MALI POTEST.] Quas respondet, Aduersi aliquid, fateor: nihil mali. & in eorum erras.

28. MEDICATORVM.] Gruterus bene è libris asseruit. Nam Medicatum, quod non est purum; mixtum redoler sapitq. Ita acidæ aqua, sulphurata, serata, tale genus omne, hoc nomine cenentur. Plinius II. cap. C. Terræ natura medicata aquas inficiat. sic legendum: & alibi.

29. IN STATV.] A gladiatoria re aut militari. Dixi in Saturnal. lib. II.

30. SVVM COLOREM.] Ipse bonus in bonum vertit, bene ferendo, bene interpretando. Vt guttas paucas albentes in vinum rubrum missas, ipsas suo colore tingit: ita hic.

31. NON SENTIT.] Nec enim apathia Stoicorum est (errant, qui adtribuunt) sed Stilponis schola, id est Megaricorum. Vide me III. Manud. Diss. VII.

32. EXERCITATIONES.] Simplicius in Epictetum, hæc omnia aut Exercitia, aut Medicamenta habet. Illa, si sanus animus, ad robur tuendum vel augendum; ista, si languidus, & deliciis aut voluptatibus demersus, ad recuperandum. Planè, vt in corporum cura solet.

33. OFFICIA.] Publica ac priuata; patria, parentibus, amicis, singulis præstanda. Officium enim hic τὸ καθήκον.

A quam laborare. Patrium habet Deus aduersus bonos viros animum, & illos³⁴ fortiter amat: & Operibus, inquit, doloribus, ac damnis exagitentur, vt verum colligant robur. Languent per inertiam faginata: nec labore tantum, sed³⁵ mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert vllum ictum illæsa felicitas. at vbi assidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias ducit, nec vlli malo cedit: sed etiam si ceciderit, ³⁶ de genu pugnât. Miraris tu, si Deus ille bonorum amantissimus, qui illos quàm optimos esse atque excellentissimos vult, fortunam illis cum quâ exerceantur, assignat? Ego verò non miror, si quando impetum capiunt³⁷ spectandi magnos viros, colluctantes cum aliquâ calamitate. Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram venabulo exceperit, si leonis incursum interritus pertulit: tantoque spectaculum est gratius, quanto id³⁸ honestior fecit. Non sunt ista, quæ possunt deorum in se vultum conuertere, sed puerilia, & humanæ oblectamenta leuitatis. Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus³⁹ operi suo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis cum malâ fortunâ compositus, vtique si & prouocauit. Non video, inquam, quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si conuertere animum velit, quàm vt spectet Catonem, iam partibus⁴⁰ non semel fractis Itantem, nihilominus inter⁴¹ ruinas publicas rectum. Licet, inquit, omnia in vnius ditionem concesserint, custodiantur legionibus terræ, classibus maria, Cæsarianus⁴² portas miles obsideat: Cato, quâ exeat, habet. Vnâ manu latam⁴³ libertati viam faciet. ferrum istud, etiam ciuili bello purum & innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas. libertatem, quam patriæ non potuit, Catoni dabit. Aggredere anime diu meditatam opus, eripe te rebus humanis. Iam Petreius & Iuba concurrerunt, ⁴⁴ iacentque⁴⁵ alter alterius manu cæsi. Fortis & egregia⁴⁶ fati conuentio: sed quæ non deceat magnitudinem nostram. tam turpe est Catoni, mortem ab vilo petere, quàm vitam. Liqueat mihi, cum magno spectasse gaudio deos, cum iam ille vir, acerrimus⁴⁷ sui vindex, alienæ salutis consulit, & instruit discedentium fugam: dum etiam⁴⁸ studia no-

cte

C 34. **FORTITER.**] *Plinius Panegyrico: Licet exclamare, Hunc nolo, timidus est & bona sæculi sui parum nouit: illum volo, qui Cæsarem fortiter amat.*

35. **MOLE.**] *Libri aliquot scripti, motu: nec mole. Adeo non labore solum, sed ipso motu suo deficiunt.*

36. **DE GENU.**] *Epist. LXXVI. Qui succis poplitibus in genua se exceperit, nec arma dimisit. Sanguis igitur, aut valde fatigati sic pugnant. Quod ad phrasim, est illi similis epist. XXIX. Nescio enim quid de gradu faciat.*

37. **SPECTANDI MAGN.**] *Ipsam hoc Minutius Felix, eleganti libello, Aduersus gentes: Quàm pulchrum spectaculum Deo, cum Christianus cum dolore congredditur? cum aduersus minas, & supplicia, & tormenta componitur? cum libertatem suam aduersus reges ac Principes erigit? Sed & Epictetus, in Dissertat. XXIV. libri I. ὅταν ἐπιπέση παρῖσις, μὲν ἴσσο, ὅτι θεὸς σε, ὡς ἀλλοτρίους, τὰ ἐξ ἑαυτοῦ σέβει, καὶ οὐκ ἐπιπέση: Cum periculum ingruit, cogita, Deum te lanista instar aut gymnastæ, cum acri iuvene commississe. Et plura ibi, toti huic argumento.*

38. **HONESTIOR.**] *Esti olim viles tantum, & captiui aut damnati, ad bestias fere solent dari: tamen sub Principibus inualuit, etiam Equites, etiam Senatores committi. Seneca epist. C. Adspice illos iuvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria coniecit. Nam desperatio, & es alienum, tales eo sepe adigebat. Vide me in 11. Sat. cap. 111.*

39. **OPERI SVO.**] *Hæc mundo, quem fecit, & tuetur intiendo.*

40. **NON SEMEL.**] *In Pharsaliâ, & in ipsâ Africâ.*

41. **RUINAS PVBL.**] *Est illud Horatianum: Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae.*

42. **PORTAS MILES.**] *Nam præmiserat Cæsar Vricam cum equitatu M. Messallam, ipse eodem iter faciens: Hirtius.*

43. **LIBERTATI VIAM.**] *Consol. ad Marciam: Si domini pertesum est, licet vno gradu ad libertatem transire.*

44. **IACENT.**] *Ergo facit eos perisse ante Catonem, quod & Dio & Florus ita narrant. At Linius & Appianus aliter, & palam Hirtius: quibus, ex rerum temporumq; serie, ego credam.*

45. **ALTER ALTERIVS.**] *Ita & Dio scribit XLIII. ὁ ἰὸς αὐτὸν ἀπερτίσθη ἐμὸν μαχρὸν, καὶ συναντήσαντες: Iuba cum Petreio singulari certamine congressus, & comoratus est. Idem Appianus: ὅτι τῆ δ' αὐτῆς ἔξω: οἱ δὲ ἄλλοις ἀλλήλους: in canaculo se mutuo interfecerunt. Neque Hercules (quod Muretus prodidit) sententiam Hirtij Appianus sequitur, qui Petreium interfectum à Iuba, & hunc à seruo scripsit: si tamen ita scripsit, de quo alias in ipso.*

46. **FATI CONVENTIO.**] *Factum inter ipsos super fato. Ita De Ira, lib. 111. cap. XXVI. Vna res nos facere potest quietos, mutæ facilitatis cōuentio.*

47. **SVI VINDEX.**] *Nescio an non aptius, certè acutius: suæ vindex, vt ad salutem referatur, hoc sensu. Qui aliena salutis molliter consulit, acriter sua. Quomodo? fugâ & discessu illis: sibi, morte. Itaque Vindex proprie hic, non Vitor, sed Assertor.*

48. **STVDIA.**] *Nam Platonis Dialogum qui Phædo inscribitur, de animâ & immortalitate dicitur legisse.*

M

49. RE-

Et ultimâ tractat, dum gladium sacro pectore infigit, dum viscera spargit, & illam sanctissimam animam, indignamque quæ ferro contaminaretur, manu educit. Inde crediderim fuisse parum certum & efficax vulnus. non fuit Diis immortalibus fati, spectare Catonem semel: retenta ac⁴⁹ reuocata virtus est, vt in⁵⁰ difficiliori parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors initur, quàm repetitur. Quidni libenter spectarent alumnus suum, tam claro ac memorabili exitu euadentem? mors illos consecrat, quorum exitum & qui timent, laudant. Sed iam procedente⁵¹ oratione ostendam, quàm non sint quæ videntur, mala. nunc illud dico, ista quæ tu vocas aspera, quæ aduersa & abominanda, primum pro ipsis esse, quibus accidunt; deinde pro vniuersis: quorum maior diis cura est, quàm singulorum. Post hæc, volentibus accidere, ac dignos malo esse, si nolint. His adiuciam, fatis ista fieri, & rectè eadè lege bonis euenire, ⁵² quæ sunt boni: ⁵³ persuadebo inde tibi, ne vniquam boni viri miserearis. potest enim miser dici, non potest esse. Difficillimum, ex omnibus quæ proposui, videtur quod primum dixi: pro ipsis esse quibus eueniunt ista, quæ horremus ac tremimus. Pro ipsis est, inquis, in exilium proiici, in egestatem deduci, liberos, coniugem efferre, ignominiam affici, debilitari? Si miraris, hoc pro aliquo esse, miraberis quosdam ⁵⁴ ferro & igne curari, nec minus fame ac siti. Sed si cogitaueris tecum, remedij causam quibusdam & ⁵⁵ radi ossa & ⁵⁶ legi, & ⁵⁷ extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ sine totius pernicie corporis hæere non poterant: hoc quoque patieris probari tibi, quædam incommoda pro his esse, quibus accidunt. tam mehercules, quàm quædam quæ laudantur atque appetuntur, contra eos esse, quos delectauerunt: simillima cruditatibus, ebrietatibusque, & ceteris quæ necant per voluptatem. Inter multa magnifica⁵⁸ Demetrii nostri, & hæc vox est, à quâ recens sum. sonat adhuc, & vibrat in auribus meis: *Nilil, inquit, mihi videtur infelicius eo, cui nihil vniquam euenit aduersi.* Non licuit enim illi se experiri. Vt ex voto illi fluxerint omnia, vt ante votum: malè tamen de illo dii iudicauerunt. indignus visus est, à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauissimum quemque refugit. quasi dicat: Quid ego istum mihi aduersarium assumam? statim⁶⁰ arma submittet. non opus est in illum totâ potentiâ meâ: leui comminatione pelletur. non potest sustinere vultu meum. Alius circumspiciatur, cum quo conferre possumus manum: pudet congredi cum homine vinci parato. Ignominiam iudicat gladiator, cum inferiore componi: & seit cum sine gloriâ vinci, qui sine periculo vincitur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares quærit, quosdam fastidio transit. Contumacissimum quemque & rectissimum aggreditur, aduersus quem vim suam intendat. Ignem experitur⁶¹ in Mucio, paupertatem in Fabri-

49. REVOCATA.] *Vt solet in spectaculis. ubi aliquis populo placuisset, reuocabatur, & iterum iterumque audiebatur, vel spectabatur. Sic Cicero de Diphilo tragædo: Millies coactus est dicere. Simile in gladiatoribus, vel athletis.*

50. DIFFICILIORI PARTE.] *Morte repetitâ. quia, vt mox addit, non sic facile redire ad eam, atque ire. An non tamen scripsit, pare, vel pari? vt sic quoque in re spectaculorum maneat? Suspicio. & qui inter gladiatores bene se dederat ac placuerat, mox cum altero robustiore, quò magis probaret, committitur.*

CAP. III. 51. ORATIONE.] *Vel ex hoc verbo grandiore dixeris Epistolam hanc non esse, Librum esse.*

52. QUA SVNT BONI.] *Quatenus sunt tales. nam adherent hæc bonitati & virtuti: neque ea sunt sine incommotis his externis.*

53. PERSVADEBO.] *Hæc pars in sine deest, temporum iniuriâ, non scriptoris incuriâ.*

54. FERRO ET IGNE.] *Simplicius tale: Si corporum medicinam exercentem, eumque vrentem & secantem, atque ipsos carniciferos imitantem, non malum sed bonum dicimus, atque adeo*

gratias agimus, & mercedem numeramus: cur in medicina Dei non acquiescimus? Nam vt Hieronymus in Ezechielem: quæ putatur pœna, medicina est.

55. RADI OSSA.] *Scalpello, dum purgatur.*

56. LEGI.] *Vide de Benef. v. cap. xxiv. & Consol. ad Marciam, cap. xxii.*

57. EXTRAHI VENAS.] *Vir eruditus eò refert, quòd in quibusdam morbis, vt Varicibus, vena exciditur aut aduritur, vt Celsus iubet vii. cap. xxxi. quòd ipsum mox dicit eximi venam. At ego optius veriusque habeam, extrahi venas, id est sanguinem è venis. Metonymiâ visitatâ, vt poculum obduci.*

58. DEMETRII.] *Illius Cynici, quem passim attollit in his libris. Vide epist. lxxiii. & De Benef. vii. cap. vii.*

59. INFELICIVS EO.] *Simili argutiâ Bias olim: Ελεγε ατυχη, τον ατυχαν μη φεσεντα: dixit infelicem, qui infelicitatem non ferret.*

60. ARMA SVBM.] *Vt vici & supplices solent. Est à gladiatoribus. vide nostra Saturnalia.*

61. IN MUCIO.] *Legit ista & sublegit alibi (sed decorè) Minutius. Vos ipsi, inquit, calamitosos vi-*

A Fabricio, exsilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. Magnum exemplum, nisi mala fortuna, non inuenit. Infelix est Mucius, quod dexterâ ignes hostium ⁶² premit, & ipse à se exigit erroris sui pœnas? quod Regem, quem armatâ manu non potuit, exultâ fugat? Quid ergo? felicior esset, si in sinu amicæ foueret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum à repub. vacauit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho, quam ⁶³ cum diuitiis gerit? quod ad focum cœnat illas ipsas ⁶⁴ radices, & herbas, quas in agro ⁶⁵ repurgando ⁶⁶ triumphalis senex vulsit? Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui littoris pisces, & peregrina ⁶⁷ aucupia congereret? si conchylis superi atque inferi maris, pigritiam stomachi nauseantis ⁶⁸ erigeret? si ingenti ⁶⁹ pomorum strue cingeret? ⁷⁰ primæ formæ feras, captas multâ cede venantium? Infelix est Rutilius, quod qui illum ⁷¹ damnauerunt, ⁷² causam dicent omnibus sæculis? quod æquiore animo passus est se patriæ eripi, quam ⁷³ sibi exsilium? quod Sullæ dictatori ⁷⁴ solus aliquid negauit, & reuocatus non tantum ⁷⁵ retrò cessit, sed

B longius fugit? Viderint, inquit, hoc isti, quos Romæ deprehendit felicitas tua. videant largum in foro sanguinem, & supra ⁷⁶ Seruilium lacum (id enim proscriptionis Sullanæ ⁷⁷ spoliarium est) fenatorum capita, & passim vagantes per urbem percussorum greges: & ⁷⁸ multa millia ciuium Romanorum, vno loco ⁷⁹ post fidem, imò ⁸⁰ per ipsam fidem, trucidata. Videant ista, qui exfulare non possunt. Quid ergo felix est L. Sulla, quod illi

descen-

ros fertis ad cælum. Mutium Scatolam, qui cum errasset in Rege, perisset in hostibus, nisi dextera perdidisset.

62. PREMISIT.] *Quasi manu passâ & pandâ flammam surgentem comprimeret.*

63. CVM DIUITIIS.] *Seneca epist. cxx. Fabricius Pyrrhi regis aurum reiecit, maius huc regno iudicauit regias opes posse contemnere.*

C 64. RADICES.] *Rapa alij expriment. Et si de hac canâ ad focum, & rapis, Plinius, Cicero, Plutarchus, alij, ad Curium, non Fabricium trahunt.*

65. REPURGANDO.] *Abeis quibusdam libris, & velim. Cibos enim hac non purgantia scimus fuisse.*

66. TRIUMPHALIS.] *Triumphante de Samnitibus, Lucanis, Brutis: anno CCCCLXXI.*

67. AUCUPIA.] *Pro auibus ipsis captis: ut Venatio; pro feris.*

68. ERIGERET.] *Eadem phrasi IV. Quest. Nat. cap. ultimo: Stomachus ille solutus, & æstu suo languidus, quærit aliquid quo erigatur. Renouare hoc sanem, Petronius dixit. & huic rei ipsa illa conchylia adhiberi ostendit:*

— inde Lucrinis
Fruta littoribus vendunt conchylia cœnis,
D Ut renouent per damna famem.

69. POMORVM STRVE.] *Quæ mihi aut aliis visa, scripsi III. Poliorceticôn, ubi abunde super Apris. Communis autem sententia, pomis cingi solere: sicut asparagis Squillas, ut in Iuuenali:*

Quæ fertur domino squilla, & quibus vndique cincta

Asparagis?

Et propius ad rem, in Horatio, lib. II. Sat. V.

Inprimis Lucanus aper fuit. acria circum
Rapula, lactuca, radices.

Sed tamen cum hic luxum merum aut delicias narret, quid eo poma faciant? Mihi verò placeat rescribi, opsoniorum strue. Aper in medio, circum patinariae strues, ut Comicus appellat. At lectio etiam in meo libro ista: cingeretur, primæ formæ feras e. m. c.

venantium deglutiret? quod & in vno Pinciani: vix tamen probem.

70. PRIMÆ FORMÆ.] *Magnos illos & millarios (sic vocabant) Apros intellegit: de quibus in Epist. CX.*

71. DAMNAVERUNT.] *Equites Romani, conspiratione in eum publicanorum: quos grassari in Asia prohibuerat. Itaque in ipsam amicam Asiam damnatus rediit, cui obuiam omnes ciuitates legatos miserunt, ut ad se diuerneret. Valerius.*

72. CAUSSAM DICENT.] *Accusandi ab omnibus, & damnandi.*

73. SIBI EXSILIUM.] *Quod tenuit & amplexus est contra Sullam, qui patriæ eum reddebat.*

74. SOLVS ALIQVID.] *Epistola XXIV. Rutilius reditum suum Sullæ negauit, cui tunc nihil negabatur.*

75. RETRÒ CESSIT.] *Fortasse, retrò non cessit: adeo non paruit, neque rediit, ut etiam longius fugerit. Quod Smyrnæ eum egisse Ouidius dicit:*

Et graue magnanimi robur mirare Rutill,

Non vti reditus conditione dati.

Smyrna virum tenuit, non Pontus, & hostica tellus.

76. SERUILIUM.] *Cicero pro Roscio: Te pugna Cannensis accusatorem fat bonum fecit. multos cæcos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Seruilium vidimus. quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? Lacus ab auctore sic dictus, in principio Vici Iugarij, continens Basilicæ Iuliæ: Festus. Ergo iuxta forum Rom. ad latus partemq. Capitoli.*

77. SPOLIARIVM.] *Sumit ab Amphitheatris & re gladiatoria. nam ibi Spoliarium, Arenæ adnexum, in quo exui gladiatores, ipsi læsi aut cæsi trahi eodem solent. Quia igitur ad lacum Seruilium aut cæsi multi, aut capita ibi exposita, Spoliarium id Sullanum vocat. Vide me Saturnal. I. cap. XVIII.*

78. MVLTA MILLIA.] *Septem millia. De Clem. I. cap. XII. Ibi plura.*

79. POST FIDEM.] *Nam dediticij erant.*

80. PER FIDEM.] *Quia sic induxit, ut arma ponerent: alioqui cædi non ita faciles.*

descendenti ad forum⁸¹ gladio submouetur, quòd capita consularium virorum patitur A
⁸² appendi, & ⁸³ pretium cædis per quaestorem ac ⁸⁴ tabulas publicas numerat? & hæc
 omnia facit ille qui legem⁸⁵ Corneliam⁸⁶ tulit. Veniamus ad Regulum. quid illi fortu-
 na nocuit, quòd illum documentum fidei, documentum patientiæ fecit? Figunt cutem
⁸⁷ clauis, & quocumque fatigatum corpus reclinauit, vulnere incumbit, & in perpetuam
 vigiliam⁸⁸ suspensa sunt lumina. Quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriæ. Vis sci-
 re, quàm non pæniteat hoc pretio æstimasse virtutem? Resice tu illum, & mitte in fena-
 tum: ⁸⁹ eandem sententiam dicet. Feliciorem ergo tu Mæcenatem putas, cui ⁹⁰ amori-
 bus anxio, & morosa vxoris ⁹¹ quotidiana repudia desenti, somnus per symphoniarum
 cantum, ex longinquo lene resonantium, quæritur? Mero se licet sopiat, & ⁹² aquarum
 fragoribus auocet, & mille voluptatibus mentem anxiam fallat: tam vigilabit in plumâ,
 quàm ille ⁹³ in cruce. Sed illi solatium est, pro honesta dura tolerare, & ad causam à pa-
 tientia respicit: hunc voluptatibus marcidum, & felicitate nimia laborantem, magis his
 quæ patitur vexat causa patiendi. Non vsque eò in possessionem generis humani vitia B
 venerunt, vt dubium sit, an electione fati datâ, plures Reguli nasci, quàm Mæcenates
 velint. Aut si quis fuerit, qui audeat dicere, Mæcenatem se quàm Regulum nasci ma-
 luisset: idem iste, taceat licet, nasci se ⁹⁴ Terentiam maluit. Malè tractatum Socratem iu-
 dicas, quòd illam potionem publicè mixtam, non aliter quàm medicamentum immor-
 talitatis obduxit, & de morte disputauit vsque ad ipsam: malè cum illo actum est, quòd
 gelatus est sanguis, ac ⁹⁵ paulatim frigore inducto venarum vigor constitit? Quanto
 magis huic inuidendum est, quàm illis quibus ⁹⁶ gemmâ ministratur, quibus exoletus
 omnia

81. GLADIO SVBM.] *Non virgâ licitoris, vt so-
 let, & scripsi in Electis. Indicat autem Satellitium
 habuisse Sullam, & milites antè ac post comitantes,
 qui populum submouerent.*

82. APPENDI.] *Supra Seruilium lacum affigi-
 Meus tamen & plerique scripsi, ostendi. Quod ve-
 rum etiam, & incusat Valerius: Abscisa miserorum
 capita, modò non vultum ac spiritum retinen-
 tia, in conspectum suum adferri voluit, vt ocu-
 lis illa, quoniam ore nefaserat, manderet. lib. ix.
 cap. 1.*

83. PRETIUM CÆDIS.] *Duo talenta in singu-
 los, ait Plutarchus: quæ sunt nobis mille ducenti
 Philippæi.*

84. TABVLAS PVBL.] *Valerius: Quattuor mil-
 lia (verius fortasse, duo millia, ex aliis) & septin-
 gentos diræ proscriptiois edicto iugulatos in ta-
 bulas publicas rettulit. videlicet ne memoria tam
 præclaræ rei dilueretur.*

85. CORNELIAM.] *De Sicariis ipse eorum caput,
 nec auctor solum cadum, sed exactor.*

86. TVLIT.] *Postea nempe in Dictaturâ.*

87. CLAVI.] *De Tranquillit. cap. xv. Ego Re-
 gulum fleam, quòd tot clauis configitur? Clauis,
 qui in arcâ lignèâ vndique fixi, & exsistentes: in quam
 ille coniectus. Seneca epist. LXVII. In hac est Reguli
 arca, Rutilij exilium. Tubero apud Agellium lib. vi.
 Armarium muricibus præfixum vocat.*

88. SVSPENSA.] *Cicero in Pisonem, Regulum
 in machinâ religatum scribit, & relectis palpebris
 vigilando enecatam.*

89. EAMDEM SENT.] *De non permutandis cap-
 titiis: seq. inter illos.*

90. AMORIBVS ANXIO.] *Vxoris, quam ama-
 bat, nec fortasse solus. Casarem Augustum eâ suspicio-*

*ne aspergit Dio; quòd creditus Gallicanam pere-
 grinationem suscepisse, vt liberius, & procul à
 vulgo sermonibusque, frueretur Terentia Mæce-
 natis: libro LIV. Itaque non iniuriâ anxius Mæcenas,
 sed & Casari, ob hanc causam oculis infestus, quòd
 idem scriptor libro LV. tangit in Mæcenatis obitu. Po-
 tes tamen angorem hunc, fateor, etiam aliò referre, &
 ad nudum ipsum amorem qui semper querulus & an-
 xius, præsertim vbi non respondetur.*

91. COTTIDIANA REPV.D.] *Noter epist. cxiv.
 Hunc esse (Mæcenatem) qui vxorem millic duxe-
 rit, cum vnam habuerit?*

92. AQVAVM FRAGOR.] *Quas iam com-
 menti in ipsi cubiculis erant. Vide epist. c.*

93. IN CRUCE.] *Post enim illa tormenta Regulum
 in cruce obiisse, etiam Florus scripsit.*

94. TERENTIAM.] *Vxorem Mæcenatis. Ille ita
 mollis (facete inquit) vt nec virum se, sed Tiresiâ suf-
 fragante, feminam malit.*

95. PAVLLATIM FRIGORE.] *A pedibus ad sum-
 ma, & cor ipsum. Platonem in Phædonis fine adi. D*

96. GEMMA MINISTR.] *Noter de Benef. vii.
 cap. ix. Capacibus gemmis inter se propinarent.
 Lucanus x. - gemmæque capaces Excepere me-
 rum. Cicero in Verr. iv. Exponit non pauca pocu-
 la ex auro, quæ vt mos est regibus, & maxime in
 Syriâ, gemmis erant distincta clarissimis. Erat
 etiam vas vinarium ex vnâ gemmâ pragrandi,
 trulla excauata, manubrio aureo. Plinius de Pom-
 pey triumpho: Transtulit vasa ex auro & gemmis,
 abacorum nouem. Erant igitur & gemmea vasa,
 erant & gemmata. Plinius lib. xxiii. initio: Tur-
 bâ gemmarum potamus, & smaragdus teximus
 calices, ac temulentia causâ tenere Indiam iu-
 uat, & aurum iam accessio est.*

A omnia pati doctus, ⁹⁷ suspensam auro niuem diluit: Hi quicquid biberint, ⁹⁸ vomitu remerentur tristes, & bilem suam regustantes: at ille, venenum latus & libens hauriet. Quod ad Catonem pertinet, satis dictum est: summamque illi felicitatem contigisse, consensus hominum fatebitur. quem sibi ⁹⁹ rerum natura delegit, cum quo metuenda collideret. Inimicitiae potentum graues sunt: opponatur simul Pompeio, Cæsari & Crasso. Graue est, à deterioribus honore anteciri? ¹⁰⁰ Vatinio postferatur. Graue est, ciuilibus bellis interesse? toto terrarum orbe pro causâ bonâ tam infeliciter, quàm pertinaciter, militet. Graue est, sibi manus afferre? faciat. Quid per hoc ¹⁰¹ consequatur? ut omnes sciant, non esse hæc mala, quibus ego dignum Catonem putauit. Prospera in plebem ac vilia ingenia deueniunt: at calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere, proprium magni viri est. Semper verò esse felicem, & sine morsu animi transire vitam, ignorare est rerum naturæ ¹⁰² alteram partem. Magnus es vir: sed vnde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendæ virtutis? Descendisti ad Olympia: sed nemo præter te. ¹⁰³ coronam habes, victoriam non habes. Non gratulor tamquam viro forti, sed

IV.

B tamquam consulatum præturamve adepto. honore ¹⁰⁴ auctus es. Idem dicere & bono viro possum, si illi nullam occasionem difficilius casus dedit, in quâ ¹⁰⁵ vnâ vim sui animi ostenderet. Miserum te iudico, quòd numquam fuisti miser. transisti sine aduersario vitam. Nemo sciet, quid potueris: ne tu quidem ipse. Opus est enim ad notitiam sui, experimento. quid quisque posset, nisi tentando non didicit. Itaque quidam vltro se cessantibus malis obtulerunt, & virtuti ituræ in obscurum occasionem, per quam enitesceret, quaesierunt. ¹⁰⁶ Gaudent, inquam, magni viri aliquando rebus aduersis, non aliter quàm fortes ¹⁰⁷ milites bellis. Ego ¹⁰⁸ myrmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audiui querentem: *Quàm bella*, inquit, *atas perit!* ¹⁰⁹ Auida est periculi virtus, & quòd tendat, non quid passura sit, cogitat: quoniam & quod passura est, gloriæ pars est. Militares viri gloriantur vulneribus, læti fluentem ¹¹⁰ meliori casu sanguinem ostentant. Idem licet fecerint qui integri reuertuntur ex acie, magis spectatur qui faucibus redit. Ipsis inquam Deus consulit, quos esse quàm honestissimos cupit, quoribus illis materiam

C præbet aliquid animosè fortiterque faciendi: ad quam rem opus est aliquâ rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantum aduersus paupertatem tibi animi sit, si diuitiis distituit? vnde possum scire, quantum aduersus ignominiam & infamiam, odiumque populare, constantiæ habeas, si inter plausus fenescis? ¹¹¹ si te inexpugnabilis, & inclinatione quadam ¹¹² mentium

pro-

97. SUSPENSAM AVRO.] *In manibus ministri, suspensum aurum tenentis. Liber autem meus: Sulpentia auro niue, alio casu habet: quasi vinum ipsa niue dilueretur, non contra. At pro vulgata, locus Epist. LXXVIII. O infelicem ægrum. Quare: quia non vino niuem diluit, quia non rigorem potionis suæ renouat fractâ insuper glacie. Sed & isto casu Drepanius in Panegyrico: Nisi æstiuâ in gemmis capacibus glaciem falerna fregissent. De totâ re dicendi magis locus IV. Quæst. Nat. cap. vlt.*

98. VOMITV REMET.] *Isdem verbis, de eadem re, epist. XCV. Vinum omne vomitu remetiuntur.*

99. RERVM NATVRA.] *Id est, Deus.*

100. VATINIO POSTF.] *In petitione Præture.*

101. CONSEQVAR.] *Nempe ego Deus, siue Natura, quæ ad hæc vocatur.*

CAP. IIII. 102. ALTERAM PART.] *Constat enim diuersis rerum natura, lætis, tristibus, commodis, incommodis: nescit altera, qui semper in alteris.*

103. CORONAM.] *Ex oleâ.*

104. AVCTVS ES.] *Meus, augustus es.*

105. VNA VIM.] *An in vnâ tantum? Mei libri, vnâ: & vellem ego, viuam. id est, vegetam & viuam vim animi exsereret.*

106. GAUDENT.] *Vt ille Diogenes Cynicus, qui*

cùm in casus quosdam aduersos incidisset, exclamauit: *Εὐς ὁ τύχη, ὅτι μου ἀρπένως ἀπέσπινας:* Euge ὁ Fortuna, quòd viriliter me tractasti: Atque idem in eiusmodi rebus cantillare clarâ voce solebat: *Stobæus.*

107. MILITES BELLIS.] *Auctiores voce alij omnes libri: belli triumpho. Quod Mureto displicuit haud iniuriâ; iniuriâ tamen recidit. Mutari melius, & legi: bellis triumphant. Milites, inquit, bellis gaudent & exsultant.*

108. MYRMILLONEM.] *In Dissert. Epicteti, lib. I. hoc ipsum: Αλλ' ἐν μὲν τοῖς καίσπορος μονομάχοις ἐστὶ τῆς αἰσχροπραγίας, ὅτι ἐδ' ἐκ αὐτῶν ἀποσπινῶν, ὅτις ζυγῶνται. At in Cæsaris gladiatoribus quidam sunt, qui indignantur & ægrescunt, quòd nemo eos producat, & cum pari componat.*

109. AVIDA.] *Mei libri, audax.*

110. MELIORI CASV.] *Non capio, magis, si, causâ, rescribamus.*

111. SI TE INEXPVGNABILIS.] *Dua prime voces meo libro absunt, & tertia scribitur, inexpugnabiliter. Neutrum satis conuenit, nec tamen nunc emendo.*

112. MENTIVM.] *Mei duo, meritum. Tunc esset, immeritum: sed nil mutuo.*

M 3

113. TRAN-

pronus fauor sequitur: vnde scio, quàm æquo animo latius sis orbitatem, si quoscum- A que sustulisti, vides? Audiui te cum alios consolaberis: tunc conspexissem, si te ipse con- solatus esses, si te ipse dolere vetuisses. Nolite, obsecro vos, expandere ista, quæ dij im- mortales velut stimulos admovent animis. Calamitas, virtutis occasio est. Illos meritò quis dixerit miseros, qui nimiam felicitate torpescunt, quos velut in mari lento ¹¹³ tran- quillitas iners detinet. Quicquid illis inciderit, nouum veniet. magis vrgent saeva inex- pectos. graue est ¹¹⁴ teneræ cervici iugum. Ad suspicionem vulneris tiro pallefcit: auda- citer veteranus cruorem suum spectat, qui scit se saepe vicisse post sanguinem. Hos itaque Deus, quos probat, quos amat; indurat, recognoscit, exercet. eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere; molles venturis malis feruat. Erratis enim, si quem iudicatis ex- ceptum: veniet ad illum diu felicem sua portio. Quisquis videtur dimissus esse, ¹¹⁵ di- latus est. Quare Deus optimum quemque aut malâ valetudine, aut aliis incommodis, afficit? Quare in castris quoque periculosa fortissimis imperantur? Dux lectissimos mit- tit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut ¹¹⁶ explorent iter, aut praesidium loco B deiiciant. Nemo eorum qui exeunt, dicit, *Malè de me Imperator meruit*: sed, *Benè iudica- uit*. Idem dicant quicumque iubentur pati, timidis ignauisque flebilis: *Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura posset pati*. Fugite delicias, fugite ¹¹⁷ ener- uatam felicitatem, quâ animi ¹¹⁸ permadescunt, nisi aliquid interuenit, quod humanae fortis admoneat, velut perpetuâ ¹¹⁹ ebrietate sopiti. Quem ¹²⁰ specularia semper ab ad- flatu vindicarunt, cuius pedes ¹²¹ inter fomenta subinde mutata reptuerunt, cuius ce- nationes subditus & ¹²² parietibus circumfusus calor temperauit, hunc leuis aura non si- ne periculo stringet. Cum omnia, quæ ¹²³ excefferunt modum, nocent; periculosissima felicitatis intemperantia est. Mouet cerebrum, in vanas mentem imagines euocat, mul- tum inter falsum ac verum mediæ caliginis fundit. Quidni fatius sit, perpetuam ¹²⁴ in- felicitatem quæ aduocat ad virtutem sustinere, quàm infinitis atque immodicis bonis rumpi? ¹²⁵ Leuior ieiuno mors est: cruditate ¹²⁶ dissiliunt. Hanc itaque rationem dij sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores: qui plus laboris ab his exi- C gunt,

113. TRANO VILLITAS INERS.] *Malacia.*

114. TENERÆ CERVICI.] *Libri mei & plerique alij, ferre, pro teneræ. atque, omnino legendum, ferre cervici: id est, non curi, non domita. Scimus ta- les impatientissimè iugum ferre.*

115. DILATVS EST.] *Vi in Arenâ aut mu- nere. Nisio hic nō est, sed ad proximum diem dilatio.*

116. EXPLORENT ITER.] *Duo mei libri, explo- rent interdum: ex quo prouum facere, interdum. Op- ponit hoc nocturnis insidiis: & de die, inquit, mit- tuntur exploratum, quid hostis agat aut moliat, fortissimi. Neque sanè solum iter exploratur.*

117. ENERVATAM.] *Meus, enervantia: & ex eo placere enervantem.*

118. PERMADESCVNT.] *Mollescunt, sicut dura humore soluntur, aut remittunt. Pari metaphorâ Plautus Mostellariâ, de Amore: Is vsque in pectus permanauit, permadefecit cor meum.*

119. EBRIETATE SOPITI.] *Itaque felicitatem cum vino comparat Archytas Pythagoreus. Οὐ μὲν ἀλλὰ, inquit, νόσος τις καὶ μάλιστα ποσὶν ἐξουονεῖ ἀ νοσοῦσα ὄψι. πάντας ἰσχυρὰ, πάντες οὖτος καταμύθονονα τοῖς ἀγαθῶς τὴν δ' ἰσχυρὰ: Atqui maiores morbos gignere solet ea, quæ ab omni- bus appellatur Felicitas, tãquam vinum inebrians etiam bonis viris mentem.*

120. SPECULARIA.] *De his dico, epist. xc. Sunt la- pides pellucètes, ut vitru: cuiusque olim in fenestris.*

121. INTER FOMENTA.] *Meus, segmenta: ex quo aliquis tegmenta. Et idem, cum libro etiã alie- ro, sequentes duas voces, subinde mutata, non agno-*

scunt. Inclino ad eos, & cum hoc ipsum nouum (prisco ritu) domi pedibus tectis esse: satis sit legi, cuius pe- des inter tegmenta reperunt. Nam vulgo dum- taxat soleati domi erant, id est imes plantas tecti: ex- ituri autem calecos illos alii, seulos sumebant.

122. PARIETIBVS CIRCVMF.] *Seneca epist. xc. inter ea quæ suâ memoriâ prodierunt, habet, tubos parietibus impressos, per quos circumfunderetur calor, qui summa & ima foueret aequaliter. Appa- rent & nunc in Thermarum ruinis. Ab his Tubis, nescio an Scubarum nomen, quod medij aui scripto- res, & hodiernus vsus, habent. quamquam & à no- strate Fouendi verbo dicta esse possint.*

123. EXCESSERVNT MODVM.] *Euripides: Βεσθὸς τὰ μὲν ὅσ' ἴσασιν ἄλλοις νόσος: Quod media superat, hominib. morbos parit. D Et Plautus Tænulo, diffusius:*

— modus omnibus in rebus, foror, Optimu'st habitu. nimia omnia nimium ex- hibent

Negotium hominibus ex se.

124. INFELICITATEM QVÆ.] *Libri alij, infelicitatem aduocatâ virtute: alij, aduocante virtu- te, quod penè est, ut probem, hoc sensu: Sis vel infeli- x, dum modo virtus tibi aduocet ac patrocinetur.*

125. LEVIOR IEIUNO.] *Scripti, ieiunio. Ego litterulâ insitâ legam: Leuior è ieiunio. Nec enim aliud significat, quàm leuem mortem ex inedia sine abilitentia esse: quam & multi, & ille Atticus, olim vsurparunt.*

126. DISSILIVNT.] *Adficere videntur quod pra-*

Agunt, in quibus certior spes est. Numquid tu inuisos esse Lacedæmoniis liberos suos credis, quorum experiuntur indolem ¹²⁷ publicè verberibus admotis? ipsi illos ¹²⁸ patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac semianimes rogant, perseuerent ¹²⁹ vulnera præbere vulneribus. Quid mirum, si durè generosos spiritus Deus tentat? numquam virtutis molle documentum est. Verberat nos & lacerat fortuna? patiamur. non est sæuitia: certamen est. quo sapius adierimus, fortiores erimus. ¹³⁰ Solidissima pars est corporis, quam frequens usus agitauit. Præbendi fortunæ sumus, ut contra ipsam ab ipsa duremur. Paulatim nos sibi pares faciat. contemptum periculorum assiduitas periclitandi dabit. Sic sunt nauticis corpora, ferendo mari dura: agricolis, manus trita: ad ¹³¹ excutienda tela, militares lacerti valent: agilia sunt membra cursoribus. Id in quoque solidissimum est, quod exercuit. Ad contemnendam malorum potentiam, animus patientiâ peruenit: quæ quid in nobis efficere possit, scies, si adspexeris, quantum nationibus nudis & inopiâ fortioribus, labor præstet. Omnes considera gentes, in quibus Romana ¹³² pax desinit: Germanos dico, & quicquid circa ¹³³ Istrum ¹³⁴ vagarum gentium occurrit. ¹³⁵ Perpetua illos hiems, triste cælum premit, malignè solum sterile sustentat, imbrem ¹³⁶ culmo aut fronde defendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum feras captant. Miseri tibi videntur? nihil miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit. paulatim enim voluptati sunt, quæ necessitate coeperunt. ¹³⁷ Nulla illis domicilia, nullæ sedes sunt, nisi quas lassitudo ¹³⁸ in diem, posuit; vilis, & hic quaerendus manu victus; horrenda iniquitas cæli, ¹³⁹ inlecta corpora: hoc

præiuit, Homines immodicis bonis rumpi. Sed cruditate aliquem di silire & findi, audacius aut vanius dictum: & scripti ferè, dissilit, referunt. ex quo mihi subolet, difficilis, aut dissimilis: ut ad mortem referatur, atque illam ex cruditate natam grauem & torquentem esse.

C 127. PVBLICE VERBERIBVS.] Ad aram Dianæ Orbis. de quo decantato ritu Plutarchus in Laconicis institutis: Pausanias libro 111. Cicero Tusculanâ 11. his verbis: Sparte pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat: nonnumquam etiam (ut cum ibi essem, audiebam) ad necem. quorum non modò nemo exclamauit vniquam, sed ne ingemuit quidem. *Vides ephēborum hanc constantiam. quò ille, apud Petronium, allusit: Tres plagas Spartanâ nobilitate concoxi. & Plantus Captiuus, qui Parasitos, alapis & contumeliis fuetos, Laconas plagipatidas facitè dixit.*

128. PATRIS ADHORT.] Tertullianus, ad Martyres: Nam quod hodie (nota etiam eius aeo suis) apud Lacedæmonios sollennitas maxima est *δ' αὐτῶν ἱεροῦ*, id est Flagellatio, non latet. In quo sacro, ante aram, nobiles quiq̃e adolescentes flagellis affliguntur, adstantibus parentibus & propinquis, & vti perseuerent adhortantibus. *Martialis verò etiam matres miscet, nec horiantes solum, sed iubentes: Et non cæsus adhuc, matre iubente, Lacon.*

129. VVNERA PRÆB.] *Efficaciter dictum. id est, iam cutem laceram scissamque, præbere nouæ lacerationi.*

130. SOLIDISSIMA PARS.] Hippocrates: *Κίνσιν ἔδ' ἀεὶ ἰσχυροῦς, ἀπὸ τῆς δ' ἀκρίβειας*: Motio enim roborat, otium tabefacit.

131. EXCUTIENDA TELA.] *Aded excutiabant, & velut tormento torquebant veterani illi, ut hodie fidem res non inueniat apud ignaros. Cui lubet, Militiam nostram videto, de Pilis.*

132. PAX DESINIT.] *Id est, quæ extra ditionem finesq̃ Romanos sunt: & quod sequitur, extra pacem. De Clem. cap. 1. Tot milia gladiatorum, quæ pax mea comprimit, in Principis personâ.*

133. ISTRVM.] *Inferiorem Danubij partem. nam ea plurimum Istri nomine venit.*

134. VAGARVM.] *Certis sedibus aut domiciliis non colentium. ut sunt Scythæ, Sarmatæ, Hamaxobij, & id genus.*

135. PERPETVA HIEMS.] *De Germanis hæc non ita vera, magis de Scythis. Etsi de illis quoque Tacitus: Germaniam informem terris, asperam cælo, tristem cultu aspectuq̃e, nisi si patria sit. Iterumque: In vniuersum aut siluis horrida, aut paludibus fœda, frugiferarum arborum impatiens, pecorum facunda, cæque solæ & gratissimæ opes. O quam nunc aliter! & Germania opidis, populis, ingenis, artibus, opibus cum quauis terrarum contedit.*

136. CVLMO.] *Significat adium lecta, non imbrice aut tegulario lapide, sed straminum culmis, vudiore ritu (vnde & Culmina) siue arborum fronde constrata. Tacitus in Germaniâ: Ne cæmentorum quidem, aut regularum, vsus.*

137. NVLLA ILLIS DOMIC.] *Nec id verè de Germanis, qui opida quidem non habebant, & nil præter informes vicos: sed tamen domos. Seneca quidem & Taciti aeo. Nam vetustiores, nec si satis certas sedes habebant, cum in annos eas vnaq̃, agros, iussi magistratuum, mutarent. Caesar lib. 14. de Sueuis, & vniuersè de Germanis in VI.*

138. IN DIEM.] *Ad Sarmatas & Hamaxobios hæc refer, qui in plautro equoque viuunt, ut ait Tacitus: & hoc signo colligit Peucinos Fennoque Germanis potius adicribédos, quia domos figit.*

139. INTECTA CORPORA.] *Cæsar de Germanis, pellibus regi: quarum propter exiguitatem, magna pars est corporis aperta. Et Tacitus: Tegumen omnibus sagum fibulâ, aut si delit, spinâ (malum pinnâ) coniectum. cetera inlecti agunt.*

ra: hoc quod tibi calamitas videtur, tot gentium vita est. Quid miraris bonos viros, vt A confirmentur, concuti: Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incurfat: ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt, quæ in apricâ valle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis viris est, vt esse interriti possint, multum inter formidolosa versari, & æquo animo ferre quæ non sunt mala, nisi malè sustinenti.

V. Adiice nunc, quòd ¹⁴⁰ pro omnibus est, optimum quemque, vt ita dicam, militare, & ¹⁴¹ edere operas. Hoc est propositum Deo, quod sapienti viro, ostendere hæc quæ vulgus appetit, quæ reformidat, nec bona esse nec mala: apparebunt autem bona esse, si illa non nisi bonis viris tribuerit, & mala esse, si malis tantum irrogauerit. Detestabilis erit cæcitas, si nemo oculos perdiderit, nisi cui cruendi sunt. Itaque careant luce ¹⁴² Appius & ¹⁴³ Metellus. Non sunt diuitiæ bonum. Itaque habeat illas & ¹⁴⁴ Ellius leno: vt homines pecuniam cum ¹⁴⁵ in templis consecrauerint, videant & in fornice. Nullo modo magis potest Deus concupita ¹⁴⁶ traducere, quàm si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. At iniquum est, bonum virum debilitari, aut ¹⁴⁷ constringi, aut alligari, malos integris corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid porro? non est iniquum, fortes viros arma sumere, & in castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus: interim in vrbe securos esse, ¹⁴⁸ præciosos & profectos impudicitiam: Quid porro? non est iniquum, ¹⁴⁹ nobilissimas virgines ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat. Senatus per totum diem sæpe consultitur: cum illo tempore vilissimus quisque, aut in ¹⁵⁰ campo otium suum oblectet, aut in popinâ lateat, aut tempus in aliquo ¹⁵¹ circulo terat. Idem in hac magnâ republicâ fit. boni viri laborant, ¹⁵² impendunt, ¹⁵³ impenduntur, & ¹⁵⁴ volentes quidem: non trahuntur à fortunâ, sequuntur illam, & æquantur gradus. si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini: Hoc enim, inquit, *dij immortales, de vobis queri possum, quòd non autè mihi voluntatem vestram notam fecistis.*

CAP. V. 140. PRO VNIVERSIS.] *Secunda pars scripti, in quâ ostendit aliis prodesse, vel ad exemplum, vel ad iudicium, incommoda bonis euenire.*

141. EDERE OPERAS.] *Suprà cap. 11. Ferrum istud nobiles edet operas. Epistola xxix. Hoc enim ad edendas operas tempus sumpserat.*

142. APPIUS.] *Claudius, cognomento Cæcus, Pyrrhi tempore.*

143. METELLUS.] *L. Metellus Pontifex, bis Consul, Dictator, Triumphalis, de quo De Breuitate vite, cap. xiiii. Oculos igne amisit, cum Palladium raperet, ardente templo Vesta. Vide Plinium, inter alios, diffusè super hoc viro lib. vii. cap. xliiii.*

144. ELLIUS.] *Alius est, Cælius: at meo libro, Diis.*

145. IN TEMPLIS CONSECR.] *An pro mente Diui Augustini, cui Pecunia palam Dea est, libro iv. De Ciuitate, cap. xxi? Sed negat Iuuenalis in templis sacratam:*

— et si funesta Pecunia templo

Nondum habitas, nullas nummorum creximus aras.

Nec id cum Augustino pugnat, vt censent qui imperitiæ poetam accusant: quia potuit Dea censeri Pecunia, nec templo tamen coli. Neque enim omnes sanè minuti & plebei Diu honore illo dignati. Sed de Senecâ, verius sit eum dicere Pecuniam in templis sacratam, non vt Deam, sed donaria auri argentiq; ibi sacra, & ipsos Deos Deaq; ex illo metallo.

146. TRADUCERE.] *Contemptui & ludibrio exponere, ab iis qui traducuntur per fora aut theatra.*

147. CONSTRINGI.] *A Mureto est, opinor, nam nostri omnes libri, configi. Et sanè Constringi, non*

idem est quod Alligari? Ergo, configi, teneamus: sicut etiq; ad eos qui in cruce vel clauis configuntur, vel fumbus alligantur.

148. PRÆCIOSUS.] *Exsecutos & castratos capiunt quidam, vt in Lampridio: Iactant caput inter præciosos fanaticos. At verius fortasse ad sacros illos referri, de quibus Marcialis: Præcidi gaudes, præcius Papile ploras, nisi tum pericidi, & perciosis scribi magis probem.*

149. NOBILISSIMAS VIRGINES.] *Vestales.*

150. CAMPO.] *Martio.*

151. CIRCULO.] *Orbe, quem collatis caputibus faciunt confabulantes.*

152. IMPENDUNT.] *Abest à meo, sed retineo, & explico: operam, curas, ingenium impendunt.*

153. IMPENDUNTUR.] *Argute, non solum sua, sed se impendunt: hoc enim est, ipsi impenduntur, pereunt, occiduntur. Noster Consol. ad Helviam, cap. D*

xvi. Quanto iustius sit te illi seruari, quàm mihi impendi. Tertullianus de Spectac. cap. xix. Homo tam nocens factus est, vt tam crudeliter impendatur. Idem Apologeticus cap. xliiii. Illam iniuriam ciuitatis nemo expendit, cum tot iusti impendimur, tot innocentes erogamur. De Christianis, qui publice occidebantur. Et nota inibi Erogandi verbum sensu simili, à causâ simili. Impendere enim vel Erogare, eadem: & quia pecunia sic abut à nobis, peritq; & absuntur, inde metaforice pro perdere dixerunt. Idem Dependit, in Tertulliano aduersus Gnostic. cap. vi.

154. VOLENTES QUIDEM.] *Pars tertia, quæ erat volentibus accidere: cui rei vide sis paria, in Epicteti Dissertatione x. libri 11.*

155. Eo

Astis. Prior enim ad ista venissem, ad quae nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? sumite. Non magnam rem promitto. citò totum relinquam. Vultis spiritum? Quid ni? nullam moram faciam, quominus recipiatis, quod dedistis. à volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? maluissem offerre, quàm tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis. sed ne nunc quidem auferetis: quia nihil eripitur, nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior inuitus: nec seruo Deo, sed assentio. ¹⁵⁵ eò quidè magis, quòd scio omnia certà & in aeternum dictà lege decurrere. Fata nos ducunt, & quantum ¹⁵⁶ cuique restet, ¹⁵⁷ prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causâ, priuata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideò fortiter omne ferendum est: quia non, vt putamus, incidunt cuncta, sed veniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas: & quamuis magnâ videatur varietate singulorum vita distingui, summa in vnum venit. accepimus peritura, perituri. Quid ita indignamur? quid querimus? ad hoc parati sumus. Vtatur, vt vult, suis natura corporibus: nos

B læti ad omnia & fortes cogitemus, nihil perire de nostro. Quid est boni viri? præbere se fato. Grande solatium est, cum vniuerso rapi. Quicquid est quod nos sic viuere iussit, sic mori: eadem necessitate & deos alligat. irruocabilis humana pariter ac diuina cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector ¹⁵⁸ scripsit quidem fata, sed sequitur. semper parat, semel iussit. Quare tamen Deus tam iniquus in distributione fati fuit, vt bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera adscriberet? Non potest ¹⁵⁹ artifex ¹⁶⁰ mutare materiam: ¹⁶¹ hæc passa est. Quædam separari à quibusdam non possunt, coherent, indiuidua sunt. Languida ingenia, & in somnum itura, aut in vigiliam somno simillimam, ¹⁶² inertibus necluntur elementis: vt efficiatur vir ¹⁶³ cum curâ dicendus, ¹⁶⁴ fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur, ac nauigium in turbido regat. contra fortunam illi tenendus est cursus. Multa accident dura, aspera, sed quæ molliat & complanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Vide quam altè ascendere debeat virtus: scies illi non per secura vādendum esse.

C

*Ardua prima via est, & quæ vix manè recentes
Emituntur equi: medio est altissima calo:
Vnde mare & terras ipsi mihi sæpe videre
Fit timor, & pauidâ trepidat formidine pectus.
Ultima ¹⁶⁵ prona via est, & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subiectis excipit undis,
Ne ferar in præceps, Thetis solet ipsa vereri.*

Hæc

155. EO QUIDEM MAGIS.] Pars quarta, Fato ista fieri.

156. CUIQUE RESTET.] Vox interstita meo libro, cuique temporis restet.

157. PRIMA NASCENTIVM HORA.] Interpretatur illud Manilianum:

D Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

158. SCRIPSIT.] Ex opinione, quæ cenlebant Iouem dictare: & Parcas (verba Capelle) scribas Iouis, quòd eius decreta in areas tabulas referrent.

159. ARTIFEX.] Id est Deus, siue Ratio: causa efficiens. Stoici Artificem appellant, quia nolunt Naturam vim esse, sine ratione cientem motus, in corporibus necessarios: sed contrâ, participem rationis atque ordinis. item: ignem artificiosum: & artis maxime propriū esse creare & gignere. Quæ cum alibi, tum in Cicerone II. de Natura, ex iis sumpta legas. Sic artifex diuinus Seneca, epist. CXIII.

160. MUTARE MATERIEM.] Stoicum dogma, originem malorum in materiâ esse. quod & Arnobius amplecti videtur lib. I. Quid enim si materies prima, quæ in rerum quattuor elementa digesta est,

miseriarum omnium causas suis continet in rationibus inuolutas? Ego de τὸν ἀνθρώπων, in Physiol. I. Dissert. XIII.

161. HÆC PASSA EST.] Diogenes in Zenone: Ἀρχὴ εἶναι τῆς ὅλης δυνάμεως, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάχον. τὸ μὲν οὖν πάχον εἶναι τὴν ἀποστον ἐστίν, τὴν ὕλην. τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν θεῖον: Principia duo esse, Faciens Patiensque. Et patiens quidem, esse substantiam qualitatis expertem, Materiem dictam. Faciens verò, Rationem diuinam in eâ existentem. Vide Epist. LXV. & me in Physiol.

162. INERTIBVS ELEMENTIS.] Vult ecce materiem causam esse talium affectuum vel euentuum, & ab ignauâ illâ ignauos gigni, & vitam pariter sortemq; totam talem.

163. CVM CVRA.] Sallustiana phrasis est: lib. IV. De Benef. cap. I.

164. FORTIORE FATO.] Quòd nascatur scilicet ex materie non inerti nec iacente, acrioribusq; elementis.

165. PRONA VIA.] Deuergens & inclinata, cum Sol est in occasu.

166. EST

Hæc cum audisset ille generosus adolescens: Placet, inquit, via ascendo. ¹⁶⁶ est tanti per A ista ire casuro. Non desinit acrem animum metu territare:

Vtque viam teneas, nulloque errore traharis,

¹⁶⁷ *Per tamen aduersi gradieris cornua tauri,*

Amoniosque arcus, violentique ora leonis.

Post hæc ait: ¹⁶⁸ *Iunge datos* currus. his quibus deterreri me putas, incitor: libet illi stare, vbi ipse sol trepidat. hu-
 VI. milis & inertis est, tuta sectari: per alta virtus it. Quare tamen bonis viris patitur
 aliquid mali Deus fieri? ille verò non patitur. ¹⁶⁹ Omnia mala ab illis remouit, scelera
 & flagitia, & cogitationes improbas, & ¹⁷⁰ auida consilia, & libidinem cæcam, & alie-
 no imminentem auaritiam: ipsos tuerur ac vindicat. Numquid hoc quoque à Deo ali-
 quis exigit, vt bonorum virorum ¹⁷¹ etiam sarcinas seruet? remittunt ipsi hanc Deo cu-
 ram: externa contemnunt. Democritus diuitias ¹⁷² proiecit, ¹⁷³ onus illas bonæ mentis
 existimans: quid ergo miraris, si id Deus bono accidere patitur, quod vir bonus ali-
 quando vult sibi accidere? Filios amittunt viri boni. quidni, cum aliquando & ipsi ¹⁷⁴
¹⁷⁴ occidant? In exilium mittuntur. quidni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri
 relinquunt? Occiduntur. quidni, cum aliquando ipsi sibi manus afferant? Quare quæ-
 dam dura patiuntur: vt etiam alios pati doceant. nati sunt in exemplar. Puta itaq; Deum
 dicere: Quid habetis, quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt? Aliis bo-
 na falsa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallaciq; somnio lusi. auro illos, ar-
 gento & ebore ornauit: intus boni nihil est. Isti, quos pro felicibus aspicitis, si non quæ
 occurrunt, sed quæ latent, videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum
 suorum extrinsecus culti. Non est ista solida & sincera felicitas: ¹⁷⁵ crusta est, &
 quidem tenuis. Itaque dum illis ¹⁷⁶ licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent &
 imponunt: cum aliquid incidit, quod disturber ac deregat, tunc apparet quantum alta
 ac veræ fœditatis alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura: quanto
 magis versaueritis, & vndique inspexeritis, meliora maioraq; ue. Permissi vobis, metuenda
 contemnere, cupienda fastidire, non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus ob-
 uersa sunt. Sic mundus ¹⁷⁷ exteriora contempsit, spectaculo sui lætus. Intus omne postui
 bonum. non egere felicitate, felicitas vestra est. At multa incidunt tristitia, horrenda, dura
 toleratu. Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros aduersus omnia armaui.
 Ferre fortiter: hoc est, quo ¹⁷⁸ Deum anteceditis. ille extra patientiam malorum est, vos
 supra patientiam. Contemnite paupertatem. nemo tam pauper viuit, quàm natus est.
 Contemnite dolorem: aut soluetur, aut soluet. contemnite fortunam: nullum illi te-
 lum

166. EST TANTI.] *Hoc pretio, emam vel cadere.*

167. PER TAMEN ADVERSI.] *Mira astrologia, per distantia hæc Zodiaci signa vno die (ita argumen- tum est) Solem transire. At vnumquodque eorum mens- sem vnum tenet. Sed à poetis quis hæc exigit? speciosè & vulgariter ea dici, satis est.*

168. IUNGE DATOS.] *Hæc omnia, pessimo sanè exemplo, omiserat Muretus. quæ causâ? quia aliter nempe in Ouidio, nec ius scilicet nostro mutare leuiter & sua rei aptare. In quo etiam ingenij laus est, ad eò non culpa. In poetâ erat, Finge datos currus: & à Sole pronuntiabatur. noster mutat, siue datâ operâ (quod puto) siue obliuione, & Phætoni adscribit. Age pater, inquit, currus quos das & cedis, iunge: libet statim conscendere.*

CAP. VI. 169. OMNIA MALA.] *Id est, omnia verè mala. atque hæc melior reiectio, quàm illa de materie.*

170. AVIDA CONSILIA.] *Quæ nam de auaritia iam sequitur. Ergo ad ambitionem & eiusmodi cupidines refer.*

171. ETIAM SARCINAS.] *Vt loco calonis seruiliq; sit.*

172. PROIECIT.] *Fratribus reliquit, cum pars eius esset centum talentorum, siue L.X. millium Philippicorum.*

173. ONUS BONÆ.] *Apuleius: Proflus ad viuendum, vt ad natandum, ille melior, qui onere liberior.*

174. OCCIDANT.] *Brutus, Imperiosus, Ful- nius, aliq.*

175. CRUSTA EST.] *Quæ in parietibus, è vario marmore, splendebat.*

176. LICET STARE.] *Sic Demosthenes, de Philippo: Αλλ', οἷμαι, νῦν μὲν ἐπισκοπεῖ τῶν τοῦ κα- τορθοῦν. εἰ γὰρ ἐν παλαιῇ δεινῇ συγχαίνας καὶ συ- κιάσαι τὰ ταναῦτα ὄνειδ' ἢ. εἰ δ' ἐπὶ τῆς πῆλ' ἰσῆς, τότε ἀ- κελῶς ἀπὲρ ἀδύτ' ἐξεραιθῆσθαι: Sed, opinor, nunc obstat his & tenebras facit eius prosperitas. nam felices successus, mirum quàm potentes sunt occultare & quasi inubrare talia dedecora. Cum autem aliquid offenderit, tum in omnia eius acriter ab omnibus inquiretur.*

177. EXTERIORA CONT.] *Vbi vacuum infinitum.*

178. DEVM ANTECEDATIS.] *Superbè, an stultè? si dif-*

A lam quo feriret animum, dedi. contemnite mortem: quæ vos ¹⁷⁹ aut finit, ¹⁸⁰ aut transfert. Ante omnia caui, ne quis vos ¹⁸¹ teneret inuitos. patet exitus. Si pugnare non vultis, licet ¹⁸² fugere. Ideoque ex omnibus rebus, quas esse vobis necessarias volui, nihil feci facilius, quam mori. Prono animam loco posui: ¹⁸³ trahitur. Attendite modò, & videbitis, quam brevis ¹⁸⁴ ad libertatem, & quam expedita, ducat via. Non tam longas in exitu vobis, quam intrantibus moras posui: alioqui magnum in vos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tardè moreretur, quam nascitur. Omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit ¹⁸⁵ renunciare naturæ, & munus suum illi ¹⁸⁶ impingere. Inter ipsa altaria & sollemnes sacrificantium ritus, dum optatur vita, mortem condiscite. Corpora opima taurorum ¹⁸⁷ exiguo concidunt vulnere, & ¹⁸⁸ magnarum virium animalia humanæ manus ictus impellit. tenui ferro commissura cervicis abrupitur, & cum articulus ille, qui caput collumque committit, incisus est, tanta illa moles corrui. Non in alto latet spiritus, nec utique ferro erudendus est: non sunt vulnere impresso scrutanda

B præcordia: ¹⁸⁹ in proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinavi locum: quacumque peruium est. Ipsum illud quod vocatur mori, quo anima discedit à corpore, breuius est, quam vt sentiri tanta velocitas possit. Siue fauces nodus elisit; siue spiramentum aqua præclufit, siue in caput lapsos subiacentis foli duritia comminuit, siue ¹⁹⁰ haustus ignis cursum animæ remeantis interfecit: quicquid est, properat. Ecquid erubescitis? quod tam citò fit, ¹⁹¹ timetis diu?

Si discerni nos ita à Deo dixisset, rectè: at illum accipi, impie. Et sunt istæ voces Stoicæ μετὰ ἀνυποψίας, quæ me volente abstinuissent. Vide Mamduct. III. Dissert. XIII.

179. AVT FINIT.] *Si pereunt anima.*

180. AVT TRANSFERT.] *Si manent, & ad sidera sua eunt.*

181. TENERET INVITOS.] *Auctor Thebaidos, C. diuini poematis:*

— optimè hoc cauit Deus,

Eripere nemo vitam non homini potest,

At nemo mortem. mille ad hanc aditus patet.

182. FUGERE.] *Deserere hanc militiam, id est, vitam.*

183. TRAHITUR.] *Si probum verbum, acumen in eo, quod animam pronò & declinò loco esse velit, lapsurum sponte, nisi identidem trahatur. Nonne hoc fit, cum recipiamus? nam alioqui abeat, & emanet. Dubitanti tamen, an non traditur. uti dicat, non pellenda est, sed dumtaxat mittenda & tradenda. Et ita sanè loquimur, tradere animam ac spiritum. Noster De Irâ III. cap. XIX. An etiam, truditur? videant sagaciores Critici.*

184. AD LIBERTATEM.] *Adde De Irâ. III. cap. xv.*

D 185. RENUNCIARE.] *Nuncium naturæ mittere, qui significet te conditione aut munere eius non vltirà vti.*

186. IMPINGERE.] *Quod fit, cum velut indignantes abimus, & vitam proiciamus.*

187. EXIGVO CONC.] *Securi percussa, vel etiam malleo. Securi, in ipso collo, ubi capiti necitur. Ouid.*

— veluti qui candida tauri

Rumpere sacrificâ molitur colla securi.

Etiâ malleo, incusso temporibus, ut attont. e cadere, & cultro dein supposito ingularètur. Idem alibi:

Lactentis vituli, dextrâ libratus ab aure,
Tempora discusit, claro, caua, malleus ictu.

188. MAGNARVM VIRIVM.] *Puto alterum exemplum, & interpunctiunculâ separandum, vt feci. Elephantès enim intellegit, quod & verba ea mox dicunt, tanta illa moles. Hos subito interficere inuentum ab Asdrubale, illo magni ducis fratre, quia videbat auxilium, sed anceps esse: & sepe consternatione aliquâ in suos seuire. Huic rei remediũ repperit, tale. Magister fabrilis (verba Liuij, lib. xxviii.) Scalprum habebat cum malleo. inter aures positum, ipsâ in compage quâ iungitur capiti ceruix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tantæ molis belluâ. Ammianus idem saltitatum à Persis memorat, libro xxv. Post hos elephantum, quibus insidentes magistri, manubriatos cultros (sunt scalpra Liuij) dextris manibus iligatos gestabant: & si ferociens animal vires exsuperasset regentis, ne reuersum per suos, collisam sterneret plebem, vertebram, quæ caput à ceruice disternat, ictu maximo terebrabant.*

189. IN PROXIMO.] *Vbiq; mors est, ait alius. in venâ aliquâ, in funiculo, aquâ, lapide: denique in ipso aere, ne admitte illum, & abis.*

190. HAUSTVS IGNIS.] *Quod Porcia Brutis vxor fecit.*

191. TIMETIS DIV.] *Supereff dicenda vltima pars, de miseratione: nec eâ virum bonum dignum esse. Ita enim diuiserat, supra cap. III. Ergo desunt aliqua, neque tamen censeo huc assuendum aut subnectendum libellum De constantia sapientis: quod quidam volunt, moniti à libris scriptis, qui sic ordinant. Profectò diuersum argumentum est: & id quod hic deest, si suppleri placet, fiat è libro De Tranquillitate, cap. xv. ubi paria tractat. Quod ad scriptos, sepe talia confundunt.*